3

TENTAMEN MEDICUM INAUGURALE, QUÆDAM DE VINO COMPLECTENS:

QUOD,
ANNUENTE SUMMO NUMINE,
Ex Auctoritate Reverendi admodum Viri,
D. GULIELMI ROBERTSON, S. S. T. P.
ACADEMIÆ EDINBURGENÆ PRÆFECTI;
NEC NON
Amplissimi SENATUS ACADEMICI consensu,
Et nobilissimae FACULTATIS MEDICÆ decreto;
PRO GRADU DOCTORATUS,
SUMMISQUE IN MEDICINA HONORIBUS ET PRIVILEGIIS
RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS;
Eruditorum examini subjicit

GEORGIUS M'CLENAHAN,
HIBERNUS,
Societatis Physicae Edinensis Socius Honorarius.

Ad diem 12. Septembris, hora locoque solitis.

Vina parant aminos, faciuntque coloribus aptos,
Cura fugit, multo diluiturque mero.
Tunc veniunt risus; tunc pauper cornua sumit;
Tunc dolor et curae, rugaque frontis abit.
Tunc aperit mentes aevo rarissima nostro
Simplicitas artes excutiente Deo.
Illic saepe animos juvenum rapuere puellae,
Et venus in Vinis, ignis in igne fuit.

OVIDIUS.

EDINBURGI:
Apud BALFOUR et SMELLIE,
Academiae Typographos.

M,DCC,LXXXI.

PATRUO SUO DILECTISSIMO

BLAIR M'CLENACHAN,

ARMIGERO,

MERCATURAM APUD PHILADELPHIAM,

FACIENTI,

OB AMICITIAM

VERE PATERNAM,

QUA SESE SEMPER EST PROSECUTUS,

HASCE STUDIORUM PRIMITIAS,

QUALESCUNQUE SINT,

ANIMI NON INGRATI

MONUMENTUM,

SACRAS ESSE VOLUIT

GEORGIUS M'CLENACHAN.

Dr Duncan

with best Compl.ts

from his much obliged [illegible]

the Author

TENTAMEN MEDICUM

INAUGURALE,

QUÆDAM DE VINO

COMPLECTENS.

TRIBUS jam annis, medicinae ſtudio operam navando (haud infelici cum fructu fas ſit ſperare!) hac in alma florentiſſimaque academia, conſumptis; ad ſummos medicinae honores, id tantum mihi reſtat, conſequendum, ut diſſertationem, peritiae meae, et in medicina ſcientiae, ſpecimen quaſi, in lucem ederem: Quodnam vero mihi exequendum ſuſciperem, diu anceps haeſi; morbi enim omnes in noſologia recenſiti, praecipue qui ſum-

mam medici attentionem ſibi vindicant, in tentaminibus inauguralibus adeo ſaepe tractati fuere, ut de eorum quovis differere adduci non potui. Sic poſitus, pauca de Vino proferre decrevi. Haud tamen hoc penſum aggredior, ſpe vana elatus, novam huic themati affundendi lucem. Mihi tantum in animo eſt, (nec quid aliud a Tyrone expectari arbitror) utiliſſima quaeque et fide digniſſima, quantum ad rem meam ſpectant, ex virorum illuſtrium ſcriptis ſeligere.

Antequam ad ordinem, quo materiam hancce pertractare ſtatui, progrediar, haud abs re forſitan erit obſervare, liquores quamvis omnes ſpirituoſi, e regno vegetabili, fermentatione comparati, jure vinoſi dicuntur; mihi attamen in mentem ſolummodo venire, de illo, uvarum expreſſum volo ſuccum, agere; cui apud omnes in omni regione, et ab omni aevo, nomen Vinum, quo non alius eſt hominis guſtui adeo gratus, nec ullus, ſi opportune uſurpetur, medicinae conſiliis magis utilis. Ut

vero

vero ea quam maxime methodo, qua omnes fere in diſſertationibus inauguralibus edendis, nobis uti videntur, hocce argumentum pertractemus, neceſſarium duximus, ſequentem inſtituere ordinem.

1*mo*, Paucis vitem attingemus ipſam, characterem nempe ejus exhibendo botanicum.

2*do*, Modum, quo vinum ab uvis obtinetur, ejuſque qualitates, breviter perſtringemus.

3*tio*, Quaſdam generales, de ejus, in praxi medica, uſu, obſervationes proferemus.

Quantum ad primum attinet caput, obſervare lubet, varias eſſe vitis ſpecies, eandemque ſaepe ſpeciem, alio cultu, aliud praebere vinum, quoad proportionalem partium ejus componentium quantitatem; ſed de hoc fuſius, quando de variis vini ſpeciebus dicendum erit.

Vitis omnis, medii caloris per totum terrarum orbem regionis, indigena eſſe videtur, ut,

A characțere ab illuſtriſſimo Bergio, nuperrime in medium prolato, patet *, qui, noſtra equidem ſententia, omnibus aliis palmam praeripere videtur.

'Locus,' inquit, 'orbis totus temperatus. Frutex.

'Forma rec. Folia alterna, longius petiolata, plana, ſubpeltata, cordato-ſubrotunda, bi-vel tripollicaria, ſupra viridia, glabra, ſubtus pallidiora, nervoſa, venuloſa, nervis et venulis pubeſcentia, ſubquinqueloba: Lobis rotundatis, inciſo-dentatis: Dentibus ovatis, acutiuſculis; ſinubus loborum obtuſis.

'Cyma nuda, pendula, ovata, obtuſa, pedunculata: Pedunculo inſtructo cirrho ſolitario.

'Bracteae ſolitariae, lineares, obtuſiuſculae, concavae, ad ramos cymae ſitae.

'Pedicelli baccis fere breviores, teretes, adſperſi punctis parvis, calloſis, apice margine incraſſato.

'Baccae

* Vid. Berg. Mat. Med.

'Baccae ovato-globoſae, colore, ſapore, 'et magnitudine variantes, ſubdiaphanae, 'baccis uvae criſpae vix majores, undique 'glabrae, rore glauco tinctae, quo abraſo 'nitidiuſculae, apice inſtructae puncto par-'vo, elevato, umbilici loco;

'Parenchymate molliſſimo, pulpoſo-ſuc-'coſo, poſt ſectionem tranſverſalem ae-'quali, annulo tenui ſolitario interrupto, 'ſubflexuoſo; uniloculari, pentaſpermo.

'Semina obcordato-cylindrica, baſi e-'marginata, glabra, receptaculo cylindrico 'intra baccam inſidentia, breviter pedicel-'lata.

'Propr. folior. recent. odor vix ullus.

'Sapor acidulus, herbaceus, ſubſtypticus, 'maſticata ſalivam viridi tingunt.

'Baccar. rec. odor nullus. Sapor aci-'dulus, humectans.

'Baccar. recent. unc. 1. dat drach. 6. 'ſucci expreſſi tenuis, virideſcentis (e bac-'cis viridibus) aciduli.

'Paſſular. ſapor dulcis, ſubacidulus.

'Virtus folior. leniter adſtringens;

'Paſ-

'Paſſularum nutriens, pectoralis, ecco-
'protica.

'Uſus paſſular. culinaris; tuſſis.'

Brevi vitis jam praemiſſo charactere, quae fructus, unde Vinum paratur, uvas nempe fert; obſervandum tantum reſtat, nos, diverſae licet ſpecies a charactere ſupra poſito nonnihil differant, ſupervacaneum fore duxiſſe plures memorare, utpote qui de Vino, non de viti, diſſerere decrevimus.

2*do*, Ille, quo Vinum paratur, proceſſus, fermentatio nuncupatur, et ſequitur hic eum adminiſtrandi modus.

Uvae, cum primum maturae, vel torculari ſtatim ſubmittuntur, vel per quoddam, pro Vini ſpecie quam parare cupiunt, temporis ſpatium, aëri ſicco et calido expoſitae, demum premuntur *. Succum hoc modo expreſſum, Muſtum vocant, nihilque aliud eſt quam uvarum omniumque revera aliarum rerum fermentabilium pars ſaccha-

* Vid. Chem. Dict. per M'Quer.

ſaccharina. Hic ſuccus recenter expreſſus, turbidus eſt, gratoque et ſaccharino valde ſapore gaudet; alvum laxam reddit, et, ſi immodice propinetur, vel ab aliquo ad diarrhoeam praediſpoſito, hunc morbum facile ciere valet *. Aqua aliquanto minus fluidus eſt, et evaporatione tenacitatem picis fere inſtar acquirit.

In muſto, vaſi idoneo infuſo vel excepto, ſimul ac exprimitur, et in gradu caloris a 50 ad 70 † thermometri Farenheitiani poſito, effectus admodum notabiles ſeſe produnt, et majore vel minore, pro liquoris natura et loci temperie, temporis intervallo. Si nimis intenſus ſit calor, fermentationem acetoſam juſto citius ſubit; ſin contra, haud ſatis magnus ſit, fermentatio omnino ceſſat.

Phae-

* Hoc eſſe apud milites in inſulis Vino abundantibus magnam mortalitatis ſcaturiginem ſaepe ſaepius audivi; qui ergo, ut obviam eatur militibus, ante undecimam horam matutinam cauponis ſevere interdicti ſunt.

† Vid. Diſſert. Inaug. Doct. Ford.

Phaenomena, quae ſeſe mutuo comitantur, quaeque in ordine procedunt, ſequentia ſunt. Primo tumeſcere videtur, et brevi adeo rarefactum evadit, ut frequenter vaſi, ſi propemodum plenum ſit, id continenti ſuperfluit; inter partes ejus motus excitatur inteſtinus, parvum ſibilantem ſtrepitum et ebullitionem manifeſtam comites habens. Bullae ad ſuperficiem aſcendunt, et eodem tempore materies aërea valde pungens emittitur, et qualitate ſuffocanti gaudens, notatu haud difficili. Adeo ſubtilis et noxia eſt, ut puncto temporis hominibus aliiſque animalibus, ubi aër non amovetur, ei expoſitis facillime vitam arripet; candelae inſuper flammam, ſi juxta admoveatur, extinguit. Uvarum nuclei, ſiliquae, aliaque craſſiora, a particulis aëris evoluti illis adhaerentibus, ad ſuperficiem uſque evehuntur, huc hucque propelluntur, et cruſtam mollem ſeu ſpongioſam, ſpumae ſpeciem prae ſe ferentem, formant, liquori toti obductam. Fermentatione durante, cruſta haec ab aëre liquori emancipato, in

altum

altum parumper ſublata, ſaepe diſrumpitur; poſtea connubium iterum petit; et, ut antea, ex toto, integrum fit; eodem quo hoc fit tempore, modicus adſit caloris gradus, et fluidum atmoſphaerae temperiem aliquanto ſuperat *. Hi perſtant effectus dum fermentatio adſit valida, tandem gradatim quieſcunt, liquoris calore imminuto, et fluidi, extricato aëre mephitico, motus mitior fit †, cruſta jam ſuſtentaculo privata fruſtatim vaſis fundum petente.

Si Vinum quam maxime merax efflagitemus, ne liquoris ſuperficies cum aëre in contactum, maximi nunc temporis momenti eſt, cavere veniat; ſubtiliores enim partes ad diſſipationem nimis pronae pleraeque effugiunt; eo igitur conſilio, vaſi uvarum ſiliquas cauleſque immittunt, quae ſuperficiei, magnam materiae ſpumoſae quantitatem, ſupernatantes, irretiunt; denſumque admodum liquori fermentato tegu-

* Praelect. Chem. celeb. Black.

† Ibid.

mentum praebent *; ad eundem quoque, fermentationem omnem notabilem compesci, finem necesse est, hoc in hypogeum vel in alium quemque frigidum vas transferendo, locum efficitur.

Peracta hac prima operatione, natura sua quasi sponte ad quietem vergit, ut ab omnium fermentationis spirituosae effectuum sensibilium cessatione, colligere licet; modo jam memorato liquorem tam gustui gratum, quam ob qualitates ejus nutrientes, et, si ita loqui fas sit, vivificantes, utilem, si modice usurpetur, nos conservare penes est.

Liquor hanc primam fermentationem, dotibus essentialiter et longe diversis ab uvorum succo recenter expresso, passus potitur; dulcem seu saccharinum, pro alio huic toto caelo diverso, ejus commutat saporem, adhuc attamen grato, spirituoso aliquatenus et pungenti; alvum sicut mustum nequaquam movet, caput vero afficet, et neminem opinor fugit, homines ebriosos reddit; denique,

* Praelect. chem. celeb. Black.

denique, diſtillatione aquae inſipidae loco, quam muſtum eidem proceſſui ſubjectum, gradu caloris circiter eum quo aqua in ebullitionem cietur, liquorem volatilem, ſpirituoſum, et inflammabilem, ſpiritum Vini ſeu Alcohol dictum, praebet, materia acida aquoſa et faeculenta in vaſe relicta ; a muſto vero, e contra, materia, viſcida, ſyrupo haud multum diſſimilis, ſaccharum in aqua ſolutum continens ſupereſt.

Partes Vini componentes ex aqua, ſpiritu inflammabili, materie ſalina, ſive acido ſui generis, ab aceto aeque ac acidis vegetabilibus nativis differente, ſale craſſiore, tartaro dicto, ſubſtantia gummoſa ſeu mucilaginoſa, unctuoſa et reſinoſa, nec non aëre fixo, conſtant *.

Vina omnia plus minus ex muſto, Vino puro, et aceto, conflantur ; impoſſibile enim mihi videtur, vel fructus ita maturari, vel fermentationem ita adminiſtrari, quin horum cujuſque pars aliqua ſe prodet.

Hinc

* Vid. Neuman's Chem. per Lewis, p. 446.

Hinc liquido patet, Vini qualitates, pro majori vel minori partium mox recensitarum ratione, differre *.

De Vinis nunc in frequenti usu, et de regionibus in quibus producuntur, agere pergimus.

Lusitania, nostro sermone Portugal dicta, Vini rubri Anglice (Red Port) magnam suppeditat copiam, quod multum continet aquae, reliqua principia parva vero quantitate.

Hungaria, Vinum jactat Tokavense, admodum suave, et spiritu, una cum unctuosa, resinosa, et tartarosa materia, dives.

Madeira Vina, spiritus, unctuosae, et resinosae materiae multo, mucilaginosae et tartarosae minori quantitate abundantia, dat.

Germania, Vinum Rhenanum, Mosellanumque praebet. Illud tartari et spiritus multum, hoc autem tartari minus, sed principii unctuosi plus, continet.

Insu-

* Vid. Cull. celeb. Mat. Med.

INSULÆ CANARIENSES, ſpiritus multo materiaeque gummoſae et tartaroſae, Vina ſcatentia, producunt.

HISPANIA, MALAGENSE, et SHERRY, ſpiritus, materiae reſinoſae, unctuoſae, gummoſae, et tartaroſae magnam habentia quantitatem.

GALLIA fere omnis Vinis abundat. Omnibus aliis, vel ſaltem pleriſque BURGUNDICA et CHAMPAGENSIA, longe praeſtant. Fortiſſima non dulciſſima haec ſunt; ſpiritu rectificato plena, ſed vix ullam unctuoſam, reſinoſam, gummoſam, tartaroſamve, materiam continentia. Inter optima enumerari BURDIGALENSE (CLARET) certe meretur.

Colore, guſtu, et potentia a ſe invicem magnopere differunt omnia haec Vina, quod partim uvarum differentiis debetur, maxima autem ex parte, diverſae fermentationis adminiſtrationi, et iis, quae ante poſtve invectionem adduntur, rebus.

Hinc, Vina a ſeſe invicem differre, ſi non adulterata ſint, omnibus facile innoteſcet, multis in rebus; praecipue vero quoad ad

quanti-

quantitatem, quam continent, ſpiritus recti-ficati; manifeſtum enim eſt, quanto ma-jor iis hujuſce ineſt ſpiritus pars, tanto for-tiora evadere, et quo majori materiae dul-cis, unctuoſae, quantitate abundant, eo ma-gis nutrientia *.

Inter priora, Burdigalenſe et Champa-gnenſe recenſere licet; quibus addendum eſt, Vinum rubrum Luſitanicum, ſtatu volo quo nobis adportatur; inter poſteriora Ma-derienſe, Tokavenſe, Canarenſe, &c. &c.

Ad quaſdam, de Vini in praxi medica uſu, obſervationes generales proferendas, haud alienum nobis videtur, pauca de Vinorum, in hunc finem, electione dicere; eo igitur loci, cur Vinum aegrotantibus exhibeamus nobis reſtat effari; et ſi hominibus ab effec-tibus quos edit, de medicamento opinionem ferre fas ſit, hoc ſtimulantibus proculdu-bio gaudet poteſtatibus. Re ita ſe habente, Vinum hos effectus modice exerens, eo-demque tempore, tonica praeditum virtute, feli-

* Vid. Cul. celeb. Mat. Med.

ſeligamus neceſſe eſt ; immune inſuper eſſe oportet nocivis qualitatibus, quibus alia, dulcia, *e. g.* Vina pollent. Supervacaneum foret, haec materia ſcatere ſaccharina memorare, cujus aegrotorum ventriculi concoctioni impares ſunt ; hinc, fermentationis quemdam gradum ſubire nimis prona ſunt, unde aëris quantitas evolvitur, quod in ventriculi nervos agendo, ejuſque tonum multum infirmando, ſecum magnam horrendorum ſymptomatum catervam adducit, et quo minus proſpere procedat chylificatio, facit ; fermentationem inſuper acetoſam nonnunquam ſuſcipiunt ; quo pacto, acidi quantitas producitur, quod ad tonum ventriculi imminuendum ſymbolam confert ; et cum bile mixto diarrhoeas ſaepe producit *, morbos per ſe omni tempore periculi multum minitantes, ſi ab hoc fonte ſcaturiunt, praecipue hominibus, quorum corporis habitus morbo fracti, ad eam debellendam minime valent. Materia inſuper gum-

moſa,

* ~~Praelect. chem. celeb. Black~~ Lel. Mat. Med.

mosa, qua abundant, ventriculum quasi onerantia, nauseam, anxietates, et symptomata id genus multa, inferunt. Inter modo memorata, Madeirense, Canarense, Tokavense recensenda sunt: Inter priora autem, Champagnense et Burgundicum. Haec vero, utpote nimis pretiosa, maxima aegrotorum pars assequi haud possunt; horum igitur loco Vinum rubrum Lusitanicum adhibemus. Hoc, uti antea memini, magnam aquae quantitatem continet, minorem autem gummosae vel saccharinae partis, quam aliorum pleraque. In statu equidem puro, fatendum est, id magnam spirituosae partis quantitatem nequaquam haberi. Lusitani vero, ad id conservandum, spiritum Vini ei miscent, ratione unc. ii. ad lb. ii. Vini; qui ad medicinae usui satis forte reddit, et, si prae oculis haberemus, id post invectionem adulterari (mihi enim affirmavit Vini quidam Magnarius, se Vinum rubrum pluris vendidisse, quam ŒNOPOLÆ aliique ejus Aginatores; et duas Vini rubri puri lagenas vix unae in hac regione adulteratae, quoad

vires

vires ejus inebriantes, aequales eſſe) harum dubitabitur, id ſatis forte evadere. Hic etiam obſervare liceat, qualitatibus ejus tonicis et aſtringentibus, virtutes ejus parumper adaugeri.

De morbis in quibus Vinum adhibere decet, nunc differendum eſt; abs re enim fore de modo, quo Vinum plumbo ejuſque calce adulteratur, dicere credidimus; utpote quod, noſtra ſententia, limites hujuſcemodi diſſertationis excurreret.

3*tio*, Ut vero, juſto quam maxime ordine, ad tertiam noſtram partem progrediamur, Vini ſcilicet in praxi medica uſum, neceſſarium eſſe duximus id ſequenti ordine pertractare.

1*mo*, De Vini in corpus univerſum effectibus;

2*do*, De ejus in morbis praecavendis effectibus, dicemus.

3*tio*, De ejus, in morbis medendis, actione, et de morbis quibus maxime convenit, agemus.

1*mo*, Vinum modice epotum mirum in modum exhilarat, ingenium acuit,

"Foecundi calices quem non fecere disertum?"

et universo corpori vigorem impertit; ad aciditatem alimenti vegetabilis proclivitati, et cibi animalis putrefactioni, adversatur *.

Tales sunt Vinorum in genere, si modo modice propinentur, effectus; dulcia vero Vina, siquidem musti haud assimulati magnam continent quantitatem, valde nutrientia sunt, et, post pastum large ingurgitata, ventriculum nimia nutrimenti copia onerando, ad facultates concoctrices hebetandas magnopere faciunt; ac fermentationem acetosam, si quando subeant, multum aëris fixi evolvitur, et diarrhoeae graves aliaque dira symptomata, ut antea dictum fuit, producuntur. Liquido etiam constat, omne Vinum, nimis immodice sumptum, totum systema, ventriculum vero praecipue, debilitare,

* Vid. Cull. Mat. Med.

litare, corporis irritabilitatem deler, et morbis chronicis generis ſaepe nervoſi, imo etiam et morti, viam patefacere; ut experientia omnium hominum, qui falſis ratiociniis et meris figmentis non deluduntur, evidenter patet. Hoc, ni fallor, noſtro Poetae apprime innotuit, qui ſic lepide canit:

" Wine whets the wit, improves its native force,
" And gives a pleaſant flavour to diſcourſe;
" By making all our ſpirits debonair,
" Throws off the lees, the ſediment of care.
" But higheſt cordials all their virtues loſe,
" By a too frequent and *too bold* an uſe"

POMFRET.

2*do*, His jam paucis praemiſſis, de Vini, in ſyſtema totum, effectibus, multo facilius ejus in morbis occurrendis actionem explicabimus. Hic vero notandum eſt, omnes quibus ullo modo adverſare valet, eſſe generis nervoſi debilioris, vel eos, in quibus, vis vitae vel energia nervoſa, a quacunque cauſa imminuitur; res ita ſe habere videtur in multis a contagio, ceu typho, peſte, vel a miaſmate ceu febre intermittente oriundis

undis morbis. Antequam ad rationem ejus actionis in his morbis occurrendis reddendam progrediamur, hic observare juvat, vim vitae, seu energiam nervosam his in morbis manifeste imminutam esse, et hanc energiae imminutionem ab actione contagionis, qualiscunque sit debilitante, originem habere. Contagium hoc corpori admotum, ita ut effectus suos edere posset, causa morbi occasionalis nuncupata fuit; jamdudum vero homines exploratum habebant, et luculenter nunc dierum patet, contagiones, in quosdam solummodo, non in omnes, ex aequo agere; hinc eruere oportet, aliquid horum temperiei proprium, sive sit haereditarium, sive contingens, eos his morbis, magis aliis hominibus, obnoxios efficere; haec idiosyncrasis causa praedisponens medicis audit, eaque est, quae, si adsit, venenum magis nocivum reddit.

Neminem latet, hanc morborum contagiosorum causam praedisponentem, a causis debilitantibus, ceu timore, immodica venere, nimia inebriatione, frigore, &c. oriri. Hinc

Hinc nobis concludendum eſt, quicquid actioni veneni corpus impenetrabile efficit, illi vigorem et energiam neceſſario praebere, ſeu potius energiam ſyſtematis nervoſi imminutam reficere *. Sunt et alia multa fateri cogor, quae in hunc modum agunt, ceu victus lautus, exercitatio modica et ſimilia; ſed eodem tempore, quo Vinum corpus firmat, alios edit effectus, chylificationem promovet, et animum laetificat, unde timoris actioni, quae corpora contagii impreſſioni obnoxia efficiendo, tantopere pollet, obviam itur, imo etiam et frigoris actio quadantenus reſiſtitur.

3tio, His de ſecundo capite jam paucis praefatis, de Vini in morbis medendis actione

* Nunquam ſatis laudendus Gregorius, practicus ille celeberrimus, fatis eheu! jam abreptus inimicis, in praelectionibus ſuis factum hoc percurioſum enarrat; ſcilicet, quod, cum ipſe medicinae ſtudio apud Leidam incumbebat, febris intermittens epidemice graſſata, et ex 25 ſtudioſis Brittannis, unus tantummodo aquam bibebat; caeteri libras Vini binas a prandio indies potabant. Febris intermittens aquae potorem ſolum corripuit.

one nunc differere nosmet accingimus; quoniam vero ejus effectus, quando de ejus actione in morbis occurrendis agentes, jamjam perfunctorie perstrinximus, minus eo hic dici restat.

Vinum in morbis debilioris generis solummodo ex usu fore olim memoravimus, sive quibus a causarum excitantium natura, cerebri energia multum imminuitur, ob materiae contagiosae actionem in systema nervosum, unde haec energia imminuta omnibus functionibus transmittitur; ut

In functionibus animalibus patet,

1*mo*, Voluntariorum motuum debilitate.

2*do*, Motuum voluntariorum irregularitate, ab eorum debilitate pendente.

3*tio*, Sensationis defectu vel diminutione.

4*to*, Sensuum intimorum debilitate et irregularitate.

Necnon in functionibus vitalibus;

1*mo*, Pulsuum debilitate.

2*do*,

2do, Extremitatum frigore et diminutione.

3tio, Ad animi deliquium, in ſtatu erecto, proclivitate.

4to, Reſpirationis imbecillitate.

Ut etiam in functionibus naturalibus;

1mo, Ventriculi debilitate, quam anorexia, nauſea, et vomitus, plane demonſtrant.

2do, Excretionibus involuntariis a ſphincterum paralyſi oriundis.

3tio, Deglutitione difficili, muſculorum faucium ſtatum paralyticum ceu cauſam agnoſcente *.

Siquidem in morbis, qui diatheſin phlogiſticam comitem habent, ſymptomata plurima, a ſerie ſymptomatum jam recenſitorum abludentia, ſe manifeſtant; vel, ſi eandem prae ſe ferant ſpeciem, attamen, utpote quae a cauſa alia orta, aliam medendi methodum ſibi vindicant.

Licet

* Vid. Cull. Prim. Lin.

Licet a Vini uſu, in morbis a contagione originem trahentibus, maximum commodum ſperare fas ſit; cum vero ab aliis cauſis oriantur morbi, et gradatim incedant, ceu SCORBUTUS, &c. his igitur procul dubio maxime utile foret; et ſi effectus aeque proſperos et ſubitaneos, ac in prioribus, edere non valeat, natura horum morborum diverſa obſtante. Modus ejus in his morbis operationis ſatis manifeſte apparet; functiones vitales imminuuntur, et Vini qualitate ſtimulante ventriculi nervi excitati, partium conſenſu, in corpus univerſum agit; cordis et arteriarum actiones augentur, haeque auctae actiones, in cerebri energia reſtituenda, multum poſſunt; ſed, quo melius illuceſcat hujus medicamenti natura, morbos, quibus maxime convenit, breviter attingemus.

T Y P H U S.

Quandoquidem maximae mortalium parti morbus hic adeo innoteſcit, et quoniam conta-

contagioni evidenter originem debet, de qua jam tantum protulimus, quantum hujuſce diſſertatiunculae limites nos ſinerent, minus eo nunc dicendum eſt.

Omnibus optime notum eſt, corpus humanum, ſi morborum cauſis occaſionalibus exponatur, in tali nonnunquam eſſe ſtatu, ut, cauſae hae occaſionales morbum licet producant eundem, mitior vel gravior attamen in hoc vel illo homine evadat; ſic in fortis temperiei hominibus, Vere praecipue, adeſt frequenter, primo morbi ingreſſu, diatheſis phlogiſtica, quae noſologis, nec injuria, me judice, anſam praebuit, eum ſub nomine SYNOCHUS, ceu ſpeciem diverſam, vel morbum, quoad ſymptomata, ex ſynocha et typho compoſitum conſiderare *. Cum ergo duae indicationes,

Prima, nempe, debilitatis cauſas amovere, ſeu ejus affectibus occurrere.

Secunda, fluidorum ſcilicet ad putrefactionem propenſitati obviam ire,

* Vid. Noſol. Method. Culleni, Cl. 1. G. 6.

Ad ſtadium hujus morbi incipiens parum attinent, ſi reſpiciamus ſpeciem quam prae ſe fert, Vere praeſertim, in vegetioribus, ut ſupra diximus, pauca de Vini operatione efferemus, debilitate puta praeſente; morbus licet ſynochi aſpectum induat, vel, ut ita dicam, phlogiſticam diatheſin comitem habeat: Symptomata ſtatum hunc indigitantia, jam antea enumerata fuerunt; cum ergo morbus his ſtipetur ſymptomatibus ſummo jure id exhibere liceat, et quin ſit, nullus dubito, tutiſſimum ſtimulans cardiacum, quod nobis adhuc noviſſe contigit, et in febribus hodie ubique recipitur. Ventriculo gratum eſt, actionem cordis et arteriarum excitat, et dolori et delirio occurrit. Quocunque febris tempore ſtimulantia deſiderantur, hoc adhiberi debemus, cum ejus doſin tam facile regere, et hoc modo quodcunque poteſt abſque difficultate, nobis comparare poſſimus. Pringelius, Baronettus ille, ingenii acumine jure celeberrimus, etiam haec verba habet: ‘ Nullum eſſe car-‘ diacum aeque gratum et efficax ac Vi-

‘ num;

'num; tanta equidem ei ineſt virtus ut ite-
'rum atque iterum aegros vidi largo ejus
'uſu ab orci faucibus ereptos †.' Quantum ad quantitatem, quam ſimplici vice exhibere decet, morbi ſtadium prae oculis habendum eſt; nam certe, quo magis aegri energia imminuitur, eo major cardiaci quantitas ad eam reficiendam requiritur; ſed, noſtra quidem ſententia, nunquam quantitatem excedat definitam, oportet; ſiquidem enim carbones igni cumulatim ſuperimpoſiti, exiguam quae ſupereſt vitae partem ex toto deleat.

Aegri habitus, priſtinaque Vinum vel alios liquores ſpirituoſos bibendi conſuetudo, animo diligenter verſanda ſunt; ſi largo Vini uſui aſſuefactus fuerit, liberalius, ſin contra, parcius exhibendum eſt.

Ad quantitatem vero determinandam appetitus plurimum inſervit; Vinum ſi aeger anxie exoret, forſan ad libitum ei concedendum eſt, dummodo partitis vicibus caute

† Vid. Pringle on the Diſeaſes of the Army, p. 314.

te adminiſtretur : ‘ Vidi,’ inquit Pringelius illuſt. ‘ in hujuſcemodi caſibus inſtinc‘ tus poteſtatis miranda exempla ; cum enim ‘ Vinum proſperos editurum effectus fuit, ‘ aeger avide id ingurgitavit, et plus poſtea ‘ efflagitavit ; ſi vero delirium aucturum fuit, ‘ vel ab illo abhorrebat, vel parum cupie‘ bat *.’ Auctor idem eruditus ſequentia profert. ‘ Quando febris in longum edu‘ citur voce debili et tarda comitata, aegri ‘ aliquid cardiacum enixe ambiunt, et nihil ‘ adeo illis gratum et reficiens ac Vinum ; ‘ cibum nequaquam deſiderant, attamen ‘ Panati Anglice (Panada) dicti pauxillum, ‘ ſi Vinum ei adjunctum ſit, lubenter de‘ glutiunt †.’ Inſtinctus vero in omnibus caſibus nullatenus medendi conſilium indicat ; debilitate enim ad gradum quemdam provecta, ut a ſymptomatibus in priori quadam hujus diſſertationis parte recenſitis, jam vero graveſcentibus, colligere licet, aeger inſenſilis evadit, nilque petit ; nunc certe temporis

* Diseaſes of the Army, p. 28.

† Ibid. p. 295.

temporis cardiaca, larga quidem quantitate, dummodo poſſibile ſit, propinanda ſunt, utpote quae vitam ſola conſervare poſſint: En! omnia quae nobis in animo fuit hoc de morbo edere.

V A R I O L A.

Variolae febris eruptiva ſymptomatibus typhi aliquando ſtipatur; hoc luculenter patet ab animi dejectione magna, virium proſtratione, vomitu, anxietate inſigni, pulſu debili, et vultu pallido; haec apud adultos, qui morbi timore tenentur, frequentiſſima ſunt. His in caſibus, Vinum maximó cum fructu adhibetur, ſaltem ſi auctoritati illuſt. Huxhami fides habenda ſit; ait enim ille, 'Se in morbis magni ani-'mi dejectione inſignibus vidiſſe magnam 'Vini copiam felici cum ſucceſſu exhibi-'tam *;' utcunque haec res ſeſe habeat, dubi-

* Vid. Huxham on the Small Pox.

dubitationi nullus adeſt locus quin ſi, febre ſecundaria incidente, pulſus tardior fit, aeger ſyncope affectus ſit, puſtulae et interſtitia pallida, ſeſſilia, et corrugata vel livida deveniant, et extremitates frigidae ac viſcoſae, Vinum fauſto eventu large adhibeatur; et, ni fallor, effectibus antiſepticis aeque ac ſtimulantibus hic pollet.

Siquidem vero omnia, quae de typho prolata ſunt, de hoc morbo dicere liceat, ſupervacaneum fore duximus plura hic loci effari; ideo nunc progredimur ad

P E S T E M.

Quoniam vero mihi nunquam hunc morbum vidiſſe contigit, haud accurate de eo diſſerere poſſum; ex auctoribus attamen conſtat, Vinum large, eadem ac in typho cautela adhibita, propinari poſſe, et haud infelici exitu; et, ſi nobis in medium opinionem noſtram proferre venia detur, gradu tantum a typho eum diſtare, opinamur; itaque

itaque omnia quae de Vini in typho ufu dicta, huc etiam ad amuffim pertinent.

Ad finem nunc properamus; de arthritide enim ex inftituto folummodo agimus.

ARTHRITIS.

Inter medicos diu difceptatum fuit, an Vinum in arthritide utile eft, an non; alii contra Vinum acriter contendunt, et affirmant fe multa exempla vidiffe, ubi aegri ab ejus ufu admodum fracti, multum levaminis Vino abftinendo accepere.

Nonne ftipari potuerint cafus jam memorati fymptomatibus, quae omni perito medico indicarent, Vinum nocere? Ut experientia Vinum in Podagra regulari fumptum nocivum evafiffe, liquido conftat. Ubi vero arthritidis retrocedentis vel atonicae fymptomata fefe manifeftarunt, Vinum ex commodo fore, ne vel minimum dubito; fiquidem enim ventriculus et inteftina debilitate faepe afficiuntur. Stimulantia quaedam omnino neceffaria funt, ad morbum

morbum, extremitates versus, propriam ejus sedem, dirigendum; eo vero proposito, Vinum etiam generosissimum, felici cum fructu adhibetur; haecque videtur esse illust. Suietenii sententia: 'Ubi,' inquit ille, 'dolor artuum abest, et anomala symptomata, anxietates, tormina abdominis, 'vomitus, singultus, deliria, &c. apparent; 'illico efficaci medela succurrendum est; 'cum ingens periculum imminet, tunc adhibendum fragrans Vinum, imprimis si 'vires languent in veteranis jam podagricis; omnium maxime, si largiori Vini 'usu dudum assueti fuerint. Contigit, ut 'veteranus podagricus, strenuus potator, 'decumberet: Pedes vix dolebant, sed aderant anxietas, nausea, levia ventris tormina, una cum debilitate. Medicus Vini 'usum prohibuerat. Accessit aegrum amicus, hilaris olim conviva, cum quo saepius 'Baccho litaverat, qui illico omnia remedia 'amoveri jussit, et horum loco propinavit 'binas Vini libras Rhenani generosi; hoc 'effectu, ut post paucas horas acriter quidem

'dolerent

'dolerent pedes; ſed reliqua mala ſympto-
'mata omnino evanuerant. Unde dolori-
'bus mane jam imminutis, accedentem me-
'dicum falſe deriſit aeger, Vinum podagrae
'ſpecificum jactans *.' Vina attamen, quae majorem alcohol quantitatem continent, haud ex voto ſemper procedunt; ideoque ſpiritus ardentes et aromatica † haud dubio ex uſu eſſent, et large imo ſaepe ſumi debent.

Sunt et álii plurimi morbi quibus Vinum certe convenit, ceu cynanche maligna; ſed de Vino quidpiam in hoc morbo, vel in aliis ſpeciatim dicere, haud neceſſarium duximus, ſiquidem omnia fere, quae de Vini uſu memoriae noſtrae ſeſe obtulerunt, jam publici juris fecimus.

Quo minus igitur huic diſſertationi jam finem imponerem, nihil obſtat; niſi ut hanc occaſionem illuſtriſſimis hujuſce Collegii Profeſſoribus gratias, quas habeo maxi-

† mas,

* Van Swiet. Vol. 4. p. 388.

† Cull. Firſt Lines

mas, agendi, ob plurima in me beneficia collata, quorum grato animo memorem me ſemper praeſtabo, laetus arripiam. Ne ſilentio praeteream virum celeb. Andream Duncan, M. D. a cujus praelectionibus haud minimam harum obſervationum partem hauſi, multa me vetant.

FINIS.